

BEILAGE.

Fürst B(ohemund) von Antiochien schildert dem Papst Paschalis II. seinen Gegensatz gegen Kaiser Alexios I. und fordert ihn auf, sich an dem geplanten Feldzug zu beteiligen oder sich durch einen Legaten vertreten zu lassen.

(September 1106).

Lincoln Chapter Library cod. B. 6. 11 (Ivonis Epist.) s. XII fol. 91 v.

Sanctissimo patri et domno atque universali pape Paschali B. Antiochię^a princeps Christiane milicie servus seipsum per omnia.

Grates non modicas, pater reverende, vestre sublimitati refero, quoniam, prout decuit tantum patrem et dominum, me filium imo servum beati Petri et vestrum, quando peregrinationem in Galliarum partes pro servicio^b Dei suscepi, honore apostolice legationis ad id proficiendum corroborare voluistis; quod per me ipsum fecissem, si a tempore mei reditus, postquam gravedine infirmitatis, qua Deus aliquantulo^c tempore me detineri voluit, adleviatus fui, presentiam vestram Rome vel in partibus Apulie invenire potuissem. Nunc autem, quoniam Dei exercitus^d ammonicione beati Petri congregatur, nullatenus dimittere potui [et]^e proprios legatos vestro conspectui destinare curavi, qui vobis totique ecclesie Romanę voluntatem meam tocusque Christiani exercitus scripto et viva voce significarent mihique vestram renuntiare satagerent. Hęc autem esset nostra voluntas^f, si Deus vestro cordi inspirare dignaretur, ut cum episcopis et cardinalibus et clero Romano sive etiam concilio in proximo convocato consilium caperetis et ad expediendum iter Ierosolimitanum sive ad iusticiam inter nos et imperatorem tenendam^g sive ad scismata^h et hereses et diversas traditionesⁱ removendas, que in ecclesia de processione sancti [spiritus]^k, de baptismo, de sacrificio, de coniugio in sacris ordinibus [existunt]^k, si audeo dicere, transfretaretis et cum alto corde, ut Deus exaltaretur, per presentiam vestram ad nos usque accederetis^l et quod papa Urbanus beate^l memorie, sicut promiserat in concilio apud beatum [Nicolaum]^m celebrato vobis presenti-

a) antiochię b) servocio c) aliquantulo d) exercitū e) fehlt
f) voluntas g) tenēdū h) scismata i) traditiones k) fehlt l) bate
m) batum; Nicolaum fehlt; beatum in Barum zu korr.? Vgl. S. 272 N. 3.

1) Vgl. Ps. 63, 7. 8.